



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Prædicator Ecclesiæ catholicæ vnitatem non docens, peccat. tit. 7

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

TITVLVS VI. ij

Quartò inquit Augustinus libro secundo contra Donatistas de Baptismo capite vndecimo. Propter hoc odiunt nos Donatiste, quia vera docemus, quòd non eos de vnitare Ecclesiæ fore dicimus. Hoc enim supra omnia vrit eos, sed nos non tacemus, obtemperantes Apostolo secundo ad Timothe. quarto. Argue, obsecra, increpa. omnes sectæ magis gloriam quærunt hominum, quàm Dei, Ioannis duodecimo. & salutem animæ, & dum ad tempus reprehendi timent, damnari in perpetuum non timent: faciunt iam imperitis nebulas, sed omnia DEO sunt nuda & aperta, Hebræorum quarto: Sic nouelli concionatores dicunt ex parte etiam nostra, oportet iam inspicere nouum sæculum, iuuentutem, &cæ. & non occinere cantilenam semper antiquam &cæt. Tales potiùs volunt complacere hominibus, quàm Catholicæ veritati, sed non erunt excusati, quandò rex dicet, Redde rationem villicationis tuæ, Lucæ decimo sexto: At iam excusant se pleniùs, Ego maneo cum textu, nolo rixari, &cæt. Responsio, Paulus ad Titum secundo duo docet: primùm, quòd Episcopus aut prædicator debet esse potens in sana, id est, Catholica doctrina: Secundò etiam debet arguere eos qui contradicunt sanæ doctrinæ. Sunt enim multi inobedientes, vaniloqui, seductores. Et exemplificat de prædicatoribus de circumcissione, quos oportet redargui, &cæt. Ergo nunc sectarum prædicatores sunt taxandi, &c.

PRAEDICATOR ECCLESIAE

Catholica vnitatem non docens peccat.

TITVLVS VII.

B b Multi

M

VLti multa de Christo docent, id est, fide, redemptione, victima, gratia, propitiatione, &c. Nihil autem de unitate & charitate, quàm sit res necessaria ad salutem, & quòd sine illa unitate nihil proficit neque fides, neque opera. Verbum Dei loquuntur, ut sic vel placeant sc̄tis & carnalibus, aut ne sibi moueant odium schismaticorum, qui maxime odiunt hanc doctrinam Catholicæ unitatis. Igitur tales prædicatores peccant grauissimè, non denunciantes populo id, quod potissimè post fidem exigitur. Ezech. 3. Si tu tacueris, & non dixeris &c. requiram sanguinem &c.

i. Cor. 13.

Secundò, inquit Apost. Si linguis Angelorū aut hominū, (id est, oratoris dulciter loquentis) prædicauero, si nō habuero charitatē, ego primò in meipso, & secundò hanc etiā non docuero tanquā rem necessariā ad salutē, talis est sermo meus, sicuti sonitus campanę & cymbali tinnientis, id est, sine fructu salutis: Omnis cibus sine sale & pinguedine, qualē præbet gustū? Doceat ergo prædicator quantumcunq; speciosa, audiant ambabus auribus subditi, nihil est, si charitas (quæ est mater, fons & causa unitatis) non quoque docetur & exercetur. Quid enim prodest, multū loqui de virtutibus, de Christi redemptione, si unitas illa, quæ exigitur ad apprehensionem & retentionē, non docetur? peccant ergo doctores, negligentes hanc unitatis doctrinam. Ideò proprium fuit ab initio omnibus hæreticis, hanc unitatis doctrinam contemnere, negligere, &c. Alioqui non possent statuere sectas suas, &c. Vndè enim est omnis hæresis & error, nisi ex contemptu unitatis & charitatis? Si enim populus sciret hanc unitatem, quàm necessaria sit ad salutem, &c. non se diuideret ab Ecclesia Catholica, id est, à venerabili unitate.

i. Cor. 13.

Tertiò, multi docent charitatem, non tamen explicant

TITVLVS VII.

15

plificant effectum charitatis, id est, vnitatem. Est enim vnitas fructus charitatis, sicut calor operatur à Sole, vel splendor à Sole. Vbi ergo charitas, ibi & vnitas. Hac vnitate creuit Ecclesia, Act. 4. Multitudinis credentium erat cor vnū & anima vna. Augu. in Euang. Lu. 10. Da vnū, & populus Dei est: Tolle vnum, id est, vnitatem, & turba est. Quid enim est turba, nisi multitudo turbata? Hoc vnum est necessarium, Luc. 10. Hanc docent omnes Apostoli. 1. Corin. 1. Obsecro per nomen Domini nostri Iesu Christi, ne sint in vobis schismata. Rō. 15. Vno ore glorificetis Deum & patrē Domini nostri Iesu Christi. Quoties ergo scriptura commemorat charitatis, toties vnitatem cōmendat. Est enim charitas mater, quæ parit vnitatem, fons è quo fluit, sed ipsa charitas donum Dei est, quia fructus Spiritus sancti, qui donatur baptizato, ad Titum 3. Vbi ergo charitas est, ibi quoque vnitas Catholica. Nā vna est charitas veritatis, sicut fidei. Ideò Catholica est, & diuidi non potest, &c. Neque idem est credere in Christum intra vel extra Ecclesiam, id est, vnitatem. Vide infr. Titul. 32. & 208.

PRÆDICATOR QUALIS ESSE DEBEAT.

TITVLVS VIII.



Vgusti. lib. quinquagesimo homiliarū, homilia 25. Prædicator debet esse erogator verbi DEI, id est, dispensator, 1. Cor. 4. Nō autē exactor vel coactor aut castigator. Est enim alia potestas Spiritualis, quæ excōmunicat eū, qui Ecclesiam nō audierit. Alia secularis, quæ gladiū defert. Rō. 13. illa debet corrigere, speculator tangit campanā, quando incendium percipit, sed non descendit de turri &c. Erogare ergo debet prædicator, non incarcerare. Postquam igitur prædicator dixerit verbum auditoribus, si au-

Matth. 18.

B b 2 dictur,